Köln Hist. A. W144 f. 52v

fecit exsemine dauid hominem iustū qui nunquā esset in iustis sine ullo merito pcedentis uoluntatis eius. ipse ex iniustis facit iustos sine ullo merito pcedentis uoluntatis ipsorū. ut ille caput. hi membra sunt eius. Qui fecit illū hominem sine ullis eius pcedentibus meritis. nullum quod ei dimitteretur. uel origine trahere uel uoluntate ppetrare peccatū. ipse nullis eorū pcedentibus meritis facit credentes ineū. quibus dimittat omne peccatum. Qui fecit illum talem ut nunquam habuerit habiturusq; sit uoluntatem malam. ipse facit inmembris eius exmala uoluntate bonā. Et illum ergo & nos pdestinauit. quia in illo ut esset caput nostrū & innobis ut eius corpus essemus. non pcessura merita nostra. sed opera sua futura prescius uidit. Qui legunt hec si intelligunt. agant dō grās. qui autē nō intellegunt. orent ut eorum ille sit doctor interior cuius facies est scientia et intellectus. Qui uero errare me existimant. etiam atq; etiam diligenter quę sunt dicta considerent. ne fortassis ipsi errent. Ego autē cum pcos qui meos labores legunt. non solū doctior uerū & emendatior fio. ppriū mihi dnm agnosco. hoc pcctę doctores maxime expecto. si & inipsorū manū uenit dignanturq; nosse quod scribo. amen.

Explicit. liber. scī augustini. de pdestinatione sanctor

Incipit liber augustini. yponostic. de pdestinatione contra. pelagianos. seu. celestianos. hereticos.

t. memoriale.

INCIPIT. LIBER. AVRELII. AVGVSTINI epi.
RESPONDENTIS CONTRA ISTAM. NON EIDEM. SED
ARRIANORVM PERFIDIAM SCE TRINITATI INIMICAM.

·I·

Eorum pcedenti disputationi. hac disputatione respon deo. qui cum dnm nrm ihm xpm fatentur quidem dm. ꝙ dm uerū & cū patre unū dm nolunt fateri. Duos nobis inducunt deos. diuersę disparisq; naturę. unū uerū. alterū non uerū contra illud quod scriptū ē. Audi isrl dns ds tuus ds unus ē. hoc enī si de patre dictū uolunt ītelligi sequitur eos ut xpc non sit dns nr. Si autē de filio. pater non erit dns ds noster. Si uero de ambobus. pfecto pater. ⁊ filius unus ē dns ds nr. Ac phoc illud quod ī euangelio scrip tū ē. ut cognoscant unū uerū dm. & quē misisti ihm xpm. hoc eū dixisse accipiendū ē. ut te ⁊ quē misisti ihm xpm. cognoscant unū uerū dm. quia et de xpo dicit̄ a iohanne apto. ipse ē uerus ds. ⁊ uita ętna.

·II·

Item q; cū dicunt xpm uoluntate dī & patris sui ante omia scta constituisse. cogunt̄ confiteri filiū patri esse coętnū. Si enī aliquando pat̄ sine filio fuit. quomodo erit ante scta filius ante quā fuit tēpus ꝙ sine illo erat pater. Porro. si ante omia tēpora filius erat. non enī aliter intelligendū ē. in principio erat uerbū ⁊ omia ꝑ ipsum facta sunt. quia ⁊ tēpus sine aliquib creatu rę motib non potest esse. & ideo ꝑ illū facta confite mur & tempora. ꝑ quē facta sunt omia. ꝑ cui dubio co ętnus ē patri filius. Sed uoluntate patris dicunt̄ consti tutum. nolentes dicere dm de dō ęqualem genitū atq; coętnū. Nusquā autē legunt uoluntate patris filiū ante omia secula constitutū. Sed hoc ꝓpter ea dicunt. ut prior illo uideatur uoluntas patris. qua eū constitutū uolunt. & argumentatio eorū ēē talis solet. Interrogant enī utrū pat̄ filiū uolens an nolens genuerit. ut si responsū fuerit. quod uolens genuerit. dicant. Prior ē ergo uoluntas patris.

Ica Hist. A. Lat 149